



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti
Ethicorum**

Melanchthon, Philipp

Witebergæ, 1583

VD16 ZV 20638

Secvndvm Argvmentvm.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56560](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56560)

Nec Deus est num̄e parcarum carcere clausum,

Quale putabatur Stoicus esse Deus.

Ipsē potest Solis currus inhibere volantes,

Ipsē velut Scopulos flumina stare iubet.

SECUNDVM ARGV

MENTVM.

*se dicit Con: cas
rator et uolunt
ta quare statat
r a t u r n e q u i t*

Causse connexæ mouent necessario,

Omnes euentus fiunt à causis connexis,

Ergo omnes necessario fiunt.

Maiorem Stoici sic confirmabant. Manifestum est cæli motum necessarium esse. Deinde manifestum est, & inferiora corpora affici à cælo, nec aliter se habere, quam sicut afficiuntur à cælo, ut in æstate accedente Sole, terram calefieri necesse est. Hinc sequuntur ordine naturali alij effectus, generatio frugum, & alij. Ex hoc ordine naturalium agentium, procedunt ad voluntaria. Temperamentum in Antonio est tale. Impellit igitur necessario, &c. Sed respondendum est breuiter, Maior falsa est: Nam etsi naturalium agentium aliqua est connexio, ut cæli, aeris, terræ, temperamenti in corporibus animantium, tamen non est necessaria cum illis connexio voluntatis humanæ, sed liberè & contingenter agit voluntas: est q̄ in actionibus humanis, causa contingentia, libertas voluntatis.

Etiamsi Epar incensum & intemperatum inclinatur ad intemperantiã, tamen voluntas libera est,

ipsum
at sce.
is nū
Præ
minat,
respon
lis, &
sequen
m. De
at seu
nullam
Item:
et Saul
equem
liberta
ys. Ier
cidiū
lyma.
in esse.
pheta
ynde
& in
ur,
Nec

est, ac mandare membris potest, ne obtemperent illi inclinationi. Hac verissima esse, supra ostensum est ex dicto: Deus non volens peccatum, tu es. Et in ipso opificio hominis experientia restatur Locomotivam liberè regia voluntate. Et totus ordo politicus frustra institutus esset, si homines non possent legibus obedire in externis actionibus aliquo modo regendis, &c. Ita & Cicero Stoicorum argumento respondet, negant voluntatem posse à causis antecedentibus, ut ipse nominat, id est, ab obiecto, vel rebus inclinativibus, ut stellis, aut temperamento, cogi.

Hac copiosius explicantur in Physicis, ubi discrimen recitatur, inter naturalia agentia, & voluntatem. Etiam si inclinant stella, tamen sunt tantum partiales & remotæ causæ, & voluntati eis repugnare potest. Et multæ inclinationes contraria consuetudine sunt languidiores.

TERTIUM ARGUMENTUM

DIALECTICVM.

Impossibile est, duas contradictorias simul veras esse.

Hac est vera, Cicero erit Consul.

Ergo impossibile est, contradictoriam veram esse. Si impossibile est, hanc veram esse, non est necessario esse. Si impossibile est, hanc veram esse, non est necessario esse, Cicero non erit Consul, sequitur alteram necessario veram esse, Cicero erit consul.